

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. II. Implicantia speciei impressæ probatur authoritate & ratione D.
Thomæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

sensu h̄c a. 2. S. D. lumen gloriae appellat similitudinem divinæ essentie, quia per illud intellectus creatus participat divinum medium cognoscendi; quemadmodum gratia sanctificans dicitur similitudo divinae naturae, quia per illam participamus praedicta formalia divinitate naturæ. Vocatur etiam loco sup. cit. medium (ub quo intellectus beatus DEUM videt, eo quod per illum elevatur & proxime disponit ad videndum DEUM).

2. Suppono secundò. Speciem impressam quiditatim representantem aliquod objectum, in esse representativo & intelligibili continere ipsam naturam objecti, ac proinde in hoc esse intelligibili (quod esse representativum non est quid secundum intentionale & fictitium, sed vera realis & essentia perfectio speciei impressæ, sicut & esse representativum imaginis). esse ipsummet objectum; cum enim hinc speciei impressæ, eisque officium sit, ut objectum, quod se ipso intra intellectum sibi, eaque uniri nequit, tanquam vicaria ipsius intellectui unit, ipsiusque in se intelligibiliter transformet (ut enim inquit Philolophus 3. de an. re. 37. *anima intelligendo fit quodammodo omnia*) propterea debet tecum afferre omnia quiditatim praedicta objecti, nec tantum ut volunt RR, esse virtualis, sed etiam formalis similitudo objecti, siquidem objectum non propter aliquam eminentiam & causalem continentiam, ut divina essentia creaturas, nec propter dependentiam ab objecto, ut effectus causam, sed propter formalis convenientiam tanquam imago adequa ipsius representat, quod nequaquam praefatet, nisi tota rei representata quidditatem contineret, eaque de causa S. D. 7. metaph. le. 6. speciem impressam rei intellectus quidditatem appellat.

3. Et non dicitur se tenere ex parte potentiae, sed ex parte objecti, quia pars notitia intellectua sit ex coniunctione potentiae & objecti: unde duplex est concursus, nempe unus ex parte potentiae est suis visceribus hanc notitiam gignentis, alter ex parte objecti per intelligibilem sui unionem potentiam facundantis, & ad sui cognitionem determinantis, ac proinde aliqua sunt principia requista ex parte potentiae, ut sunt vitalitas, proportio, virtus intrinseca, qua species objecti non afferit, sed supponit; sic enim oculus noctua non plus videbit ex majori claritate solis, quia defectus est ex parte potentiae; non ex parte objecti: alia vero requista sunt ex parte objecti, ut præcipue est species impressa, qua potentiam jam debitè dispositam intelligibiliter objecto conjungit.

4. Suppono tertio. tanquam certum, defacto divinam essentiam non tantum non videri per aliquam similitudinem objectivam, sed nec vide ri posse, ut in se est: nam talis cognitione est tantum mediata per speculum, & in anagnite: atque secundum Apostolum visio beatifica non est per speculum, in anagnite, sed facie ad faciem. Deinde non potest similitudo objectiva in alterius objecti claram cognitionem deducere, nisi illam in se continet: sed implicat ut aliqua creatura divinam essentiam in se continet: ergo etiam implicat, ut in aliqua creatura tanquam

medio cognito & similitudine objectiva divina est sentia clare videatur.

Igitur quæstio est: an per speciem impressam creatam DEUS videatur defacto, ut censent Vasquez, Esparza, Rotmer, qui lumen gloriae cum specie identificant; vel latenter absolute vide ri possit, ut volumen Suarez, & communior RR, vel an neque derur, nec dari possit creatam species impressa quidditatim representante Divinam essentiam, prout docet D. Th. cum suis discipulis, quas sequuntur Franc. de Lugo. l. 1. de DQ. d. 20. c. 4. Amicus to. i. d. 9. sc. 4. aliquique.

§. II.

Implicantia speciei impressæ probatur anthropate & ratione D. Th.

CONCLUSIO. Implcat contradictionem, sicut per creatam speciem impressam quidditatim & intuitivæ videatur divina essentia. Et exprefla S. D. h̄c. a. 2. ubi verbis ap. tristis distinguens inter similitudinem ex parte visiva potentiae, & aliam ex parte objecti, qua novè objectum potentia unit, & illud ut in se est, representet, dicendam, inquit, quod ad videndum DEI essentiam requiruntur aliqua similitudo ex parte visiva potentiae, scilicet lumen divinae glorie conformans intellectum, ad videndum DEUM, de quo dicitur n. ps. In lumine tuo videbimus lumen. Non autem per aliquam creatam similitudinem DEI essentia viari potest, que ipsam divinam essentiam representet, ut in se est. Et superius. Re uitior ergo ad videndum DEUM aliqua DEI similitudo ex parte visiva potentiae, qua scilicet intellectus fit efficax ad videndum DEUM. Sed ex parte visiva rei, quam necesse est alicui modo uniri videnti, per nullam similitudinem creatam DEI essentia videri potest. Et probat quia sicut dicit Dionys. 1. c. de div. nom. per similitudines inferioris ordinis rerum, nullo modo superiora possunt cognosci: sicut per speciem corporis non potest cognosci essentia rei incorporei. Multo igitur minus per speciem creatam quamcumque potest essentia DEI videri. Et post plura concludit. Unde dicere DEUM per similitudinem videri, est dicere divinam essentiam non videri. Ad 3. quoque dicit, alia objecta per cuius similitudines intellectui uniri, essentiam DEI vido per se ipsam, et quod divina essentia sit humile. Sicut alio, inquit, forma intelligentib; que non sunt suum esse, uniuersum intellectus secundum aliquod esse, quo informant ipsum intellectum, & faciunt ipsum in actu: ita divina essentia unitur intellectui creato, ut intellectum in actu per se ipsam faciens intellectum in actu, que verba illos RR. aperte falsitatem convincent, qui dicunt S. Doctorem solam similitudinem objectivam negasse. Rursum in 3. p. q. 9. a. 3. ad 3. dicit, cognitio beatæ non fit per specum, qua fit similitudo &c. subiungit: sed talis cognitio est ipsius divinae essentiae immediata per hoc, quod ipsa divina essentia unitur menti beatæ, scilicet intelligibile intelligenti.

Ratio

Ratio è S. D. est primò. Implicat aliqua crea-
ta similitudo in suo esse repräsentativo continens
infinitas DEI perfectiones: sed species impressa
DEUM quiditatively ut in se est repräsentans, il-
las in suo esse repräsentativo contineret: ergo
implicat. Maj probatur: qui implicat creatura
infinita; sed esse repräsentativum continens infinitum DEI esse, foret creatura infinita, quia illud esse repräsentativum esset vera realis & crea-
perfectione in se formaliter continens quiditatively
predicata esse divini. Minor pariter probatur;
quia ut sup. dictum, species quiditatively objecti-
debet esse communiter objecto, ejusque vica-
ria, & repräsentative ipsummet objectum: hoc
autem non est, nisi omni prædicata quiditatively
objecti formaliter in se contineat, et si non in esse
naturali, tamen in esse repräsentativo, quod est
essentialis perfectione ipsius.

Consum ex S. D. p. i. Impossibilis est spe-
cies sensibili clare & quiditatively repräsentans
Angelum: ergo multò magis species creata quid-
tatively repräsentans D E U M. Consequentia
patet: quia est longè major impropositio inter
speciem creata & essentiam increatum infinitam,
quam inter speciem sensibilem & essentiam spi-
ritualē.

Secundò. Intellectus creatus connaturaliter
DEUM videns implicat, quia non potest esse in
eodem gradu immaterialis: ergo ex eodem
capite implicat species creata connaturaliter re-
präsentans DEUM: quia cùm deb. at vices geren-
tibus divina essentia, & reddere illam immate-
rialē ut in se est, multo potiori jure de-
bet habere eundem gradum immaterialitatis.

7. Nequeias: Lumen glorie & ipsa visio limi-
tatur ex parte videntis, ut non infinitè debeat re-
präsentare DEUM: ergo etiam species impressa
accipit limitationem ex parte videntis, nec pro-
indeberet esse infinita. Nam contra est, quod
lumen glorie est virtus, & visio est actus poten-
tiae, idque tanquam ex parte potentiae te-
nentes, sequuntur conditionem ipsius, & ab illa
accipiunt limitationem: atque species datut tan-
quam virtus & actualitas objecti, ab ipsius non
a perfectione sui esse repräsentativi men-
surantur accipiens: ideoque in esse repräsentatio-
ni objectus est substantia, & species est substan-
tia, si objectum est infinitum, etiam species de-
bet esse infinita.

§. III.

Alia duplex ratio implicantie.

Ratio ulterior est secundò. Actus purus intel-
ligibilis per essentiam, non potest fieri talis
per aliquid creatum superad hucum; sicut non fit
sapientia, bonus &c. per sapientiam, bonitatem
creatum, cum sit ipse sua sapientia, bonus &c.
sed species impressa diuinam essentiam redderet
actu intelligibilem, hoc est enim essentiale munus ipsius: ergo implicat dari speciem impressam
divina essentia.

Dices. DEUM esse per essentiam intelligibili-
lem intelligibilitatem intrinsecā per ordinem ad su-

P. Mezg. Theol. Schol. Tom. I.

ummet intellectum, non intelligibilitate extrin-
secā per ordinem ad intellectum creatum.

Sed contra est primò. Intelligibilitas proxima
non tantum in ordine ad proprium, sed etiam ad
creatū intellectum est perfectio simpliciter sim-
plex fundata in infinita actualitate, & omnipra-
sentia divina essentia, & DEUS per essentiam non
tantum est intelligibilis, sed etiam intellectus in
actu: ergo est perfectio DEO adquatae intrinse-
ca. Objecta quoque creata propter imperfeciō-
nem & defectum vel intimi illapsus & praesentia
intelligibilis, vel immaterialitatis indigent spe-
ciebus distinctis.

Contra est secundò. quod illa species nihil
posset addere vel ex parte DEI, vel ex parte poten-
tiae, nec proinde ipsum redderet proximè intelli-
gibilem. Non ex parte DEI: quia sic suppone-
ret defectum omnimoda intelligibilitatis, imò
per ilam DEUS fieret minus non magis intelli-
gibilis, nam additio ex parte objecti excedens intel-
lectivitatem potentiz, non facit illud magis sed
minus intelligibile, sicut additio lucis facit solem
minus visibilē ab oculo noctua. Non etiam ex
parte potentiae, quia species non est virtus poten-
tiae: unde si potentia ex se sit improportionata,
per additionem speciei non sit magis propor-
tionata, ut patet in primum data instantia noctua.
Et hinc sequitur ulterior.

Ratio tercia & confirmatio dictorum: esset
enim talis species essentialiter superflua, & con-
sequenter juxta Adversariorum consequentiam
implicaret: Nec enim confortaret potentiam,
quia non est virtus ipsius. Non DEUM intel-
lectui praeteneat redderet & unitet, quia hoc se
solā præstare potest, & rametis una cum specie
posset, tamen melius se solā præstare divina es-
sentiā, sicut & Angeli substantia per se solam est suf-
ficienter præcens & intelligibilis respectu proprii
intellectus. Non ut intellectum per modum for-
mae perficitur ad sui visionem determinet: si
enim hoc Angeli substantia potest in suo, cur non
DEUS in intellectu alieno?

Dices primò. Quamvis DEUS sit se ipso omnipotens, tamen compatitur operationem causæ
secundæ: ergo quamvis sit se ipso intelligibilis,
potest compati species impressam. Resp. quod
operatio causa secundæ sit propria perfectio ipsius,
qua non impedit inmediatum influxum DEI, ne-
que dat ipsi rationem causa prima: econtra spe-
cies impressa non est aliqua perfectio potentiae in-
tellective, quam ipsa non multò perfectius habeat
ab ipsa essentia divina: ipsa quoque DEO tribue-
ret proximam intelligibilitatem, eaque primum
mediante D E U S foret intelligibilis.

Dices secundò. Etsi Angelus se per suam sub-
stantiam intelligat, potest tamen etiam intellige-
re per speciem diuinam infusam: ergo etiam si
de facto DEUS intelligatur sine specie impressa:
tamen posset intelligi cum illa: nec ipsa foret super-
flua & inutilis. Resp. Quicquid sit de antec, quod
propter eandem superfluitatem merito negari po-
test, negatur paritas: quia si Angelus se ipsum per
speciem infusam intelligeret, se intelligeret ad eum
modum, que ab aliis Angelis intelligitur, ideo-
que haec species non esset superflua: & aliunde

K 2

cum